



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.5. Peruersi Principes: qui cum debuisset laborare, vt à populo Christus reciperetur, huic obsistunt, vt capita draconis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

violens honorem, eueritas coniugata, tuas vicif-
caris vindex iniurias, tuas peço mollis volupta-
tes augeas & delicias? sierne potest vt tanta
beneficia tantis soluas ingratus offensis? Vt quid
sedulo non attendis quid agas?

Saulem tibi profero: erat hic venundatus vt
faceret malum & ad omne natus flagitium, sic vt
eius plenarium diabolus iam accepisset domi-
nium, omnemque operam suam impenderat, &
dedicarat vt Dauidem ad mortem vsque perti-
nax infestaret. Die quodam in campum educit
exercitum, quam occasionem sibi iudicabat Io-
nathas filius eius apprimè congruam, vt patrem
mitigaret, & ad consilia saniora renocaret: vnde
sic illum affatur: Dñe mi Rex: benignas (amabo)
rationibus meis aures adhibe. Vt quid Pater mi
tanto furens studio necem meditaris Dauid, vi-
zi de te ad aliorum emulationem, oprimè meri-
ti: Per te esse habet, tuumque stat regnum inco-
lume, eius operá victor de Philistinis trophæa
reulisti: hic est qui tam manifesto seipsum ex-
posuit periculo cum Goliath decertaturus, vt te
ab illo saluum eriperet: rem attentè considera,
Dñe mi Rex, numquam tibi iniuratus, semper
beneficus, numquam infidelis, illo nemo fidelior:

1. Reg. 19.

4.

VIII.

Saul me-

mor be-

neficiorú

Dauid

mitelcit.

*Ne peccos rex in seruum tuum Dauid, qui non pec-
cauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde: &
posuit animá suam in manu sua, & percussit Philis-
thæam, & fecit Dñs salutem magnam vniverso
Israel, vidisti & latuisti. Quare ergo peccas in
sanguine innocuo, interficiens Dauid qui est absque
culpa q. d. sedulo perpende, Domine mi Rex,
quamuis enim passio tuæ bilique satisfacere
videaris, virtum impugnans numquam tibi contra-
rium, virtum tibi semper addictissimum: hominè
persequeris qui vt tibi vitam regnumque serua-
ret incolume, suam alexá supposuit: marique in-
cerissimum, spectator adfuit, & de eius fortitudi-
ne victor gaudio delibutus es ineffabili. Tantam
habuerunt hæc verba energiam, vt Rex, licet se-
cundum vtrumque hominem diabolicæ subia-
ceret seruituti, bilem remiserit, & melior factus
ait: Ex ratione loqueris, fili mi, fateor: manus
mibi stringis & petes, quocirca tibi polliceor, &
iuro per Deum: non eum amplius persequar, non
ero molestus: Quæ cum audisset Saul, placatus
voce Ionathæ, iurauit: Vniit Dominus: quia non oc-
cidetur. Ab illo persequendo desistam.*

Hanc velim tu Christiane, rationem mète re-
uolueris, vt noueris: quòd quamuis indecoras il-
lius mulieris frequentans ades, inhonestæ pla-
ceis passioni, & præteritas vicifcaris iniurias, tuo
furori & aliena rapiens tuæ cupiditati: considera

quòd Christum persequaris, tibi numquam ad-
uersarium, & semper amicissimum, tibi numquã
nocentem, sed pro te animam suam exponente,
qui tuum superauit inimicum, tibi salutem cor-
poris & animæ conquisiuit. Hæc tibi considera-
nda forent, dum te diabolus instigat, nullus pro-
uocat, allicique caro: at sedulo ponentes quid
huic debeas Domino, & quantum incursa cri-
men ingratiuidinis, dum ordine præposito feceris
beneficia compensas, his merito Phari-
sæis damnatis annumerandus.

S. 5. Peruersi Principes: qui cum debuissent la-
borare, vt à populo Christus reciperetur, huic
obstunt, vt capita draconis.

Miserum Princeps & Pharisæi ministros, vt
apprehenderent Iesum. Peior non videtur
esse posse traditio, nec scelus abominabilius quã
illos qui primi debuissent Christum tanquam
Deum verumque Messiam recipere, & esse media-
tores quatenus illum vt talem tota populi syna-
goga acceptaret, quã illos (singulam) eos esse qui
plus ceteris eius studeant perditioni, & esse la-
borem causa, ex qua populus eum nedom non
honoret & acceptet, sed predeant ministri & sa-
tellites eum apprehensuri. Loquitur Dauid ad
litteram de Christo Ps. 71. nam siquidem, vt no-
ta: D. Aug. exordiat, vt videtur, locutus de Sa-
lomone filio suo Dominum deprecatus, vt eum Dauid
populo Regem præficiat, inuicò tamen: vetius de Christi
Christo canit Salvatore. Psalmum inchoat desi-
derium ostendens, quo feruebat, vt Deus Mes-
sam mitteret, cuius manibus traderet regimen
iustitiæ: Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam
tuam filio Regis: iudicium & populum tuum in iustitia,
& pauperes tuos in iudicio. Quando Paterfami-
lias auster nimis est & fœnerus, optant dome-
stici vt abeat, committatque habenas moderan-
das filio suo mitiori, & naturæ blandioris, & qui
eorum naturæ magis conueniat cum quo, suo
iudicio, melius sint pacificè victuri.

Seuerus erat Deus, mansuetum habebat graues,
omnia stricto iure moderabat: vt non esset qui lequentem
illum audire præfumeret: Non loquatur nobis Do-
minus: ne forte moriamur. Eia igitur Domine mi,
precatur Dauid, iudicium hoc remitte illud-
que potestati Regis illius trade, quòd auidi præ-
stolamus, nempe Messiam: illi committe, qui tuus
legitimus est filius totam hanc iustitiæ provin-
ciam: ipse populi tuum iudicet, ipse patrum
iuten.

Exo. 20. 19

intendat iudicio. In substantia expostular David id, quod fecit, quando Dei filius venit factus homo, cuius manibus Pater totius mundi configuravit gubernationem: iuxta illud eisdem filij testimonium: *Omne iudicium dedit filio.* Considerans David quod iam aeternus Pater votis eius annuerit, & oculis propheticiis contemplatus Messiam advenientem, pramonet illos, ad quos spectat eum recipere, ut illi procedant obviam: *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.*

I I. Ordinem hunc Deus servauerat educens de Ægypto filios Israel: quando mactos totius populi clamores exaudivit: *Clamor filiorum Israel venit ad me.* Et non levem vidit eius afflictionē, res primi qua sub servitute iugo iungebantur: *Vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimebantur.* Apparet Deus Moysi, aitque illi: *Veni, mittam te occurrere ad Pharaonem, ut eduas populum meum.* At quomodo fiet istud, Domine mihi? *Et congrega seniores Israel (at Domini): & dices ad eos, Dominus Deus Patrum: & ceterum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, dicens: visitans visitavi vos, & vidi omnem, quae acciderunt vobis in Ægypto. Et audivi vocem tuam.* Ab hoc primo, quoniam & ex hoc sequitur quod statim infert Spiritus S. dixisse Moysi: *Domine, non credenti mihi, neque audienti vocem meam, Quid hoc? an minimē credis ea quae tibi Dominus dicit? respondet Caeterum iunc de populo loquitur, quia seniores de divinis certi sollicitationibus, & ijs quae audierunt nisi auctoritate Moysi erant credituri: sed populus non tam faciles aures praebet: nec enim divina capiebat promissa, nec sciebat quae Deus per Moysen esset operans: proinde de necesse foret superaddere signa, quae Deus illi praecepit faciendae: unde sic effectum est: *Venerunt simul & congregaverunt cunctos seniores filiorum Israel, locuti sunt autem Aaron omnia verba, quae dixerat Dominus ad Moysen, & credidit populus.* Quoniam sicut illi seniores declaratur ubi singulorum nomina recensentur.*

Quando igitur venit in mundum, praecipui, qui clariorem eius per S. Scripturam notitiam habebant, illi sunt, qui velut increduli sese Christo opposuerunt, eumque recipere dedignati sunt: quamquam hic idem Dominus illos per vatem David pramonuisset, ut illum acceptarent: *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam: cum illi essent, quibus munus hoc incumberebat populum praeparandi, quatenus ad eius fidem redactus, illum ut Dominum suum venerarentur, Deumque adorarent.* Metaphora sumatur à

Rege quem civitatem suam introentem, eius nomine optimates recipiunt à quibus sic acceptus à toto dicitur populo receptus. Deputatis huius regni primarijs Regem suscipiuntibus advenientem, à toto susceptum esse regno nemo dubitavit: etenim illi legitimi Regni procuratores, & recipientibus cum Consulibus, tota recipit eum Civitas cuius personam ipsi repraesentant.

Era igitur montes & colles, inquit David, (Principes & Pharisaei alligantur) praeparate vos, ut eum totius nomine synagoga recipiatis, & vos ipsi Regem hunc suscipite iustum adeo & pacificum, ut sit ipsa pax & iustitia, & eo ipso viam sternatis ut totus eum populus suscipiat: *Suscipiant montes pacem populo.* O David, vitam novissis quomodo hoc essent impleturi? nec dum illum in persona non suscipiant populi, nec illis eum recipientibus viam aperiant, ut eum populus suscipiat advenientem: quoniam illi ipsi sunt, qui turbam concitant, qui de populo hostes colligunt, ut eum perdat & interficiant: *Miserunt principes & Pharisei ministros, ut apprehenderent Iesum.* Per hoc satis aperte probat D. Ioan. quod illis Salvator dixit: *Vos ex parte diaboli estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat &c.* Ut filij diaboli vultus id exequi, quod ipse in votis habebat: mirum occidere me & perdere.

Hoc autem singulariter considerasse debuit D. Iohannes in eo mysterio sibi in Apocalypsi revelato: vidit etenim mulierem filium in utero habentem, cui caelestis Pater omnis terra traditurus erat regnum: *Qui reversus erat omnes gentes:* Videt autem quod quo tempore filium hunc esset paritura, & ab omnibus hic esset recipendus, occurrat draco magnus nimis & horribilis, natus septem capita diademate coronata praecedens, ore septem: hinc hians: *Ve cum peperisset, filium eius devoraret.* Heu dolenda mulier, quo cruciatur paritura non anxiat: si mulier vicina parit ut cerneret sibi adstantem obstetricem draconem, ore ad latitudinem palmi dilatato, quo non dolore tristis affligeretur? Porro tandem si non nisi unum haberet caput, illud mulier una posset manu cohibere, & si duo duabus; sed si septem quis ageret? Hic praesentem attendamus historiam.

Mulier praegrans synagoga dicitur, etenim promisso diuinoque verbo dato Abraham: Messiam utero gestabat, qui realiter ex illo erat populo nasciturus. In eum finem apprehendit Deus semen Abraham per Isaac, illudque duodecim Patriarchis

IV. Diabolus Christi conatur perdere. *Apos. 12.*

III. Similitudo.

triarchis seu duodecim lucidissimis stellis coronavit. Sole vestiebatur, cognitione scilicet vera Dei, quae tantummodo apud illum populū vigebat: *Notus in Iudaea Deus.* Luna sub pedibus eius: illis etenim totum quasi subtrauit orbem licet varijs incrementis & decrementis mutabilem, vt Luna, foetum hunc nouerat draco, nempe diabolus, & ilico totum suum eo direxit studium, vt recenter editū filium denoueret: & hoc eius primum fuit desiderium, se Messiae opponere aduersariū, illumq; mundo natum praefocare: etenim omne adeo perdidit rationem: vt sibi persuadeat Dei se posse illudere cōsilia, tantumque suis superbus confidit, vt teste David: *Superbia eorū, qui se oderunt, ascendat semper.* Ad hoc laborat, vt obstetricem eum de partu susceperit, sua sint capta per eum commota, vt eum deuorarent.

Ps. 73. 23.

Quibus incumbit recipere Messiam, quando se in mundo miraculis suis manifestat & praedicatione: Montibus & collibus, quos sol ille diuinus suis primū radijs illustrat, ita ipsos per totum mundū disperurus. Sunt autē illi, qui in populo potestate praecellebant & scētia Principes scilicet & Pharisei. Qui cōgruē describuntur per capita diademate coronata: etenim inter se diuisi erāt & quisq; sibi perstatē praedebat & auctoritatē, quisq; esse caput ambiebat: ed vni omnes, & cōspirantes in nascentē puerū, & mundiciā reuelandū, Christū intelligo. Itā dudū eorū Deus naturā explicauerat per Hātam: *Vnusquisque carnē*

Isai 9. 10.

brachij sui vorabit, Manasses Ephraim & Ephraim Manasses, simul ipsi contra Iudam. Capita erāt, quae de corpore nascebantur Saranae: hoc enim illic Saluator noster exposuit: dum ait: vos estis filij diaboli, & vt tales vos ipsos erigitis, efficere conati quod ipse in votis habebat pater vester diabolus: *Desideria patris vestri vultis facere? ille homicidia erat ab initio.* Primum ipsius ac principale decretum hoc erat, Christum à medio tollere. Hoc modo demonstrant & aperiant, dum ministros mittunt vt eum deuotent, depluriant, perpetuo mancipando carceri, vt nulla deinceps eius memoria recolatur.

V.
Hoc fuit peccatum maximum.

Haec vna praeceteris iniquitas grauior Deum offendit atrocius: haec vna fuit mundo reliquis perniciosior, haec vna fuit qua diabolus damnū intulit quā posset maximum: cum eos sibi assūpsit, quibus incumbere manu seruandae praebere iustitiae: quatenus nascatur viuat, & in mundo regnet: illicque sint qui violentas illi iniecit manus, eam apprehendant, & necare moliantur. O perfidum Pharaonem, ipse Hecaniae tigris, ferociorem, qui obstetricibus praecipit Aegypti,

vt illae ipsae piones natos praefocent: illae in VI. quā ad quas spectabat vitam dare puerulis, quae Pharaonum est hoc officium, parturientes adiuuare, vt nis in foetum tanto facilius emittantur, proferantque in praefocandum: hoc etiam medio sibi praeuallet diabolus, quo damna mundo inferar irremediabiles: eos crudeliter nempe prouocat, quibus ex officio contentis efficitur, vt Deus suscipiatur, quatenus illi ipsi Deo praeccludant ingressū: & simiter, quos decet manus iustitiae praestare auxiliares, quatenus ad lucem prodeat, vt illi ipsi sint qui essentiam ei vitamq; adimant homicidae. Tales, quales Spir. S. describit peruersos Susanna seniores. *De quibus Dan. 13. 5. locutus est Dominus: quia egressa est iniquitas de Babylone & senioribus iudicibus qui videbantur regere populum.* Perditi illi in nebulos: illi etenim quibus incumbere Susannam protegere, si quis forsitan illam ad malum prouocare vellet, illi quorum intererat ad lucem innocentiam eius & pudicitiam proficere cum nemo praeter ipsos hoc nosset euidens, & eo sine iudicibus in Republica fuissent constituti: illi, inquam ipsi eam ad illicita prouocant, castitati eius conantur illudere, vim inferre, vitamque deprorari.

§. 6. *Plectenda Principum malitia: qui namque protectores esse deberent iustitiae, eius sunt proditores.*

P Eruerant hanc nequitia eleganter declarauit. 1. 5. Spi. S. mirabili quadam verborū firmitudine: *Ecce, 20. 2. Cōcupiscentia spadois deurginauit iuuenulam, sic 1. qui facit per vim iudicium iniquum.* Haec maxima Similitudo est omnium iniquitas, si quis eunuchus puellae dolum inferre adlaboret. Satis abundē testatur S. Litterae morem hunc seruatum, vt in Regū palatij custodes puellarum deputarentur eunuchi: sunt enim huic officio maximē cōformes: cum inter illos pudicitia minor sit exposita discrimini: deinde Zelo seruent ardentissimo, & ministris frequenter laborant suspicionibus, & vix alibi quid vident, quin statim moueantur, malique quid suspicentur. Quanta foret haec iniquitas, si quis eorū ad eam custodiam deputatus, aliquam vi conaretur opprimere, eiusque temerare virginitatem? *Sic est: qui facit iudicium iniquum.*

Iustitia virgo est sole formosior, haec etenim figura ab omnibus nota describitur. Ad eius tutelam, defensionē & custodiā, vt ea intacta conseruet, eius amulenter putatē, inlicitum iudices, hoc etenim officio in Republica funguntur: illis incumbit vigilare Zelate, & huic adlaborare

Diligite